Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift





Eadem die martis vicesima secunda mensis iunij dictus vir Conradus
magistri de Hydenmor laicus vxoratus Patauiensis diocesis etatis quadraginta
annorum vel circa iuratus de anno preterito medio cuius vincinito presbito eiusdem
principis ad memoriam diligenter reducto ac de pena periurij clare et sufficienter
admonitus deposuit et respondit prout sequitur

Super primo articulo interrogatus Item qd dicitur clare memorie Leopoldus ꝛc
Examinatus testis respondit et credit articulum fore verum ex auditu quia nunquam
singulariter audiuit a quatuor annis proxime decursis

Super secundo articulo interrogatus Item qd fuit vir iustus pius ꝛc Examinatus testis
fatetur qd hodie reputatur ut articulatur

Super Tercio articulo interrogatus Item qd fuit vir humilis castus ꝛc Examinatus
testis respondit per omnia prout sup ad secundum articulum

Super Quarto articulo interrogatus Item qd fuit liberalis maxime in erogando
elemosinas ꝛc Examinatus testis respondit qd audiuit qd multa bona in
structuris ad diuinum cultum spectantibus peregit et multas elemosinas erogauerit

Super Quinto articulo interrogatus Item qd multa et egregia fecit ꝛc Examinatus testis credit articulum fore verum

Super sexto articulo interrogatus Item qd miseri subditos suos ꝛc necnon septimo
et octauo articulis sese immediate sequentibus specialiter examinatus testis
credit articulos veros quia ita audiuit et de eorum famatur publice

Super Nono articulo interrogatus Item qd sepius contra infideles pugnando ꝛc
Examinatus testis dixit sibi non constare de articulatis

Super Decimo articulo interrogatus Item qd pro fide xpi ꝛc Examinatus testis
respondit per omnia prout supra ad nonum articulum

Super Vndecimo articulo interrogatus Item qd toto tempore vite sue ꝛc Examinatus testis credit articulum fore verum

Super Duodecimo articulo interrogatus Item qd propter bona opera sua ꝛc Examinatus testis fatetur eundem verum quia ita hodie cognoscitur

Super Tredecimo articulo interrogatus Item qd a sede apostolica ꝛc Examinatus testis dixit se articulata non audiuisse

Super Quartodecimo articulo interrogatus Item qd propter virtutem et bona opera sua ꝛc Examinatus testis respondit prout supra ad Tredecimum articulum immediatum

Super Quindecimo articulo interrogatus Item qd omnia bona que egit seu fecit ꝛc Examinatus testis credit articulum fore verum

Super Sedecimo articulo interrogatus Item qd tempore vite sue ꝛc Examinatus testis credit articulum verum quia ita a senioribus audiuit

Super Decimoseptimo articulo interrogatus Item qd post mortem sua similiter ꝛc